




SC IOA-

CHIMI FORTII RIN-
GELBERGII ANT-
VERPIANI LIBER
DE RATIONE
STVDII.



Antuerpiæ apud Michaelē Hilleniu
Hoochstratanum. Anno.
M. D. XXIX.
Mense Septemb.



S. IOACHI
MVS FORTIVS RINGELBER.
GIVS ANTVERPIANVS
LECTORI S.

DE STVDII RATIONE NON
nihil in Chao præscripsimus. Verum quo-
niam eares ad eruditionem non parum ha-
bere momenti solet, heic latius explicabitur. Vale.
Louanijs Calendis Augusti. Anno.
M.D.XXIX.

CERTVM

INSTITVI STVDIVM
DEBERE.



I QVIS FRVGET ALI-
quam consequi uelit, nec temere, quo-
cunq; impetus rapit, uagarier, is ante
omnia constitutus oportet, quousq; in
literis progredi cupiat, quid ue desyderet adipisa.
Sic namq; in ijs duntaxat rebus elaborabit, quas
ad scopum præapue putabit conferre. Sed uarium
istiusmodi esse institutum potest. Pulchrum est
enim mediocrem autorum æquare doctrinam. Pul-
chrius ad summorum uirorum exallentiam con-
tendere. Pulcherrimum longe, ita superare maio-
res omnes, ac cum occupare montis tractum, quod
nec aliquis peruenisset unquam, nec fortasse quis-
quam esset peruenturus. Primum prorsus facile.
Medium arduum. Postremum tale, ut nefas videan-
tur, si mente eiusmodi quicq; agitaris. Cæterū quo-
niā fuisse homines constat, queis primas hactenus
consensus mortalium parteis concordit, in hominē esse
manu reor altius paulò, q; illi tot annis confedere,
ascendere. Sed per deos immortales, q; humilis, q;
pauidi, q; abiecti deniq; animi est mediocrē esse uel-
le. Contrà, quanta mentis dignitas, potentia, fula-
gor, quæ fortis manu superatis hostibus arcam occu-
perat, pabit,

F 2 pabit,

IOAC. FORTII RING. ANT.

pabit, unde clarior Sole, uniuerso orbi conspicua ad finem usq; æui erit? Quam tot hominū milia, quot arenas Oceani littora continent, perpetuè celebra- bunt. I circa omneis, quos dulæ Musæ numine af- flarunt suo, hortamur, ut illic scopum figant quo fortissimus quisq; sese aueret peruenisse. Certe ego, si aut comitem, aut sodum, aut ducem querant, spem omnem planè abijcere cogor. Sic nang; inter- rim meditantem calcoli premūt, ut graui ipsa dolosa re mœreat mens, ut plerunq; noctes abducat insom- nes angor. Verum spes sopita, labor tamen non qui- escat, ni sauitia mortis, atq; extremus uitæ dies lu- mina nostra condat. Labor abimus semper, etiam si fructū nullū, gloriā nullam, nullam laudē consequa- mur. Metā contingat alijs, alijs castrū expugna- rit, conatus tamē noster nunq; est defuturus. In hoc animus arma sumpsit splendidiora auro, operosa magis, q; unq; Thetis Achilli comparauit. Stricto manus ferro tremit, munitū galea caput est, corpus totū nunq; non ære resplendebit, ac pulsabit terrā. Tubarum clangor implebit coelum, Campos pauor ipso inuadet, ingruentibus undiq; copijs. Flammā concepit, quicquid in membris materiæ latet. Tac- re non possum, quod ingens ardor, aut uis, que in corpore spirat, ut scriberem imperauit. Nec arros- gamis esse arbitror, laborē duntaxat uictoriæ spe relicta profiteri, ingrediq; uia, qua tot uiri ad uir-

LIB. DE RATIO. STVDII.

tutē contenderūt. Evidē me in mille discēpi par-
teis malim (dispereā si secus loquor ac sentio) q̄ re-
mittere animum ad summa euadendi. Vincere uelle
ueteres illos eloquentiæ prināpes, nō superbiæ mo-
do, sed furoris ænseatur. In ijs etenim omnia propè
elaborata adeò, adeò absolute apparent, ut uerbum
uix ullum aut addere, aut detrahere, aut immutare,
uel transponere posis. At ego nil esse tam arduū,
tamq; admirabile in rebus humanis existimo, quod
hominum non posset industria comparari. Itaq; (ut
semel finiā, ut eloquar quid uelim) si quis inter mor-
tales sit, quē hæc uictoria, hæc laus, hic triumphus,
hæc tropheæ moueant, immensum pectore robur
trahat, dicatq; cum Marone.

Tentanda uia est, qua me quoq; possim

Tollere humo, uictorq; uirūm uolitare per ora.

Primus ego in patriā mecum (modo uita supersit)

Aonio rediens deducam uertice Musas.

Primus I dumæ as referam tibi Mantua palmas.

Adolescentis conatū aspirantis ad altiora, q̄ maio-
res peruenere, nemo sane mentis improbabit. Nec
dubito, quin plerisq; alijs inferioris doctrinæ ui-
ris, quos secula superiora uidere, idem fuerit institu-
tū, licet euentus fefellerit. Quorum tamen conditio
nobis nō aspernanda. Etenī in magnis rebus etiam
conatus laudari solet. Quem igitur studiosis omni-
bus esse scopū optarim, hactenus dictum.

A 3 Amari

IOAC. FORTII RING. ANT.

Amaris semper labores, et contemni
luxum debere.

Qui sub signis nostris merere studet, in pri-
mis amare uigilias, ac labores debet: contem-
nere luxus, delicias, et quicquid effeminatum
reddere animū potest. Dormire malit subiectis cor-
pori, aut saxis, aut lignis, quod plumis, pellibus, rebusque
mollioribus. Vesā alimentis assuescat, que minime
plaerent palato: contemnat ea, quae irritare gulā
solent. Corporis tamen ualeutinem caret, namque sine
ipsa nihil efficere animus potest. Stare malit quod sedes
re: aurrere quod ire: nūquā arma deponat ē manibus. Hec
enim omnia, et corpori robur adferunt, et mēti uis-
gorem. Si quis aliud medittetur, aut facturum se se pu-
ret, is nostris se copijs ne audeat adiungere. In mil-
itia hac maiorem curam posamus à milite, quod haberi
cōsucuit in primāpū exeratu aliorum. Nec iniuria.
Illi enim exiguum solum orbis partem, nempe ur-
bem aliquam: uniuersum nos mundum petimus. Illi
ad annos aliquot rerū futuri domini sunt: nos gloriā
nostram non nisi orbis, temporūm fine metamur.
Ergo si quis quod non alium heic fore laborē sperarit,
quod apud imperatores, qui urbē aliquam milite anguit
is hinc facessat pondus inutile ad mediocrem turbā,
ubi se se rem pulchre uidetur gesisse, ac mire sibi ap-
plaudere in rebus etiam uiliissimis consueuere. Ergo
ō tu quisquis es, cui ignea uis in pectore exarsit. cui
flāma

LIB. DE R ATI. SVTDII.

flama in præcordijs nictat, paul procul absint mollia,
lenia, faalia, blæda, quæ animi impetu extingueret so-
lēt. Dura petamus, dura iūq. feramur p̄ saxa, p̄ rupes,
per ignes. Fatigare iuvet Scyllas, Syrtes, Charybdas
ac reliqua mōstra aquarū. Si quicq̄ in mūdo sit ar-
duū, si usq̄ pericula, eo cōtedamus. Si magnū aliqd ē
orbe apparet, nostrū id est, adde momentū tēporis.
Sūmo ardore, impetu, ui, ocyus fulmine illuc spiritus
æler trāsuoleat, ubi ppior aliquis uictorie esse locus
possit. Multa exilia patēt fugiēti. Patria est ubiq̄;
uirtus sedē sibi elegerit. Audendū est, audendū fortis
bus uiris, Fortuna ipsa aperit uiā, inuita etiā uelit, no-
lit. Dura aliquis præcepta uocet mea, dura fatemur
esse, sed ut ualeas multa dolēda feres. Satis diu, heu
nimiū diu collegimus robur, aperto Marte agēdū est
Euane sat puluis, qui uerba hæc sapere arrogantiā
sonet. Ab hūde relata nobis gratia erit, nec laborē nos
hūc frustra putabimus insumpsisse, si illorū cōseq̄ fa-
uorē possimus, quibus ipsa profuerint, quorūue mē-
tem ad altiora paulò, q̄ erāt ituri, inātarint. Ego sem-
per exæssi esse aī duxi, qcquid uulgare est, fastidire:
atq; monumentū quoddā sui immortale inter morta-
les relinquere. Nunq̄ desperandū esse.

Si forte nos interim sucessus destituat, deterrē-
sātue labor, non continuò tamen desistendum
œnseo. Et si in sublime tendentes ad montis uer-
tice deedes præcipites deuoluamur, inno cōties, mi-
līcs

LIB. DE RATIO. § TUD II.

ties, toties, ardentius, ac inflammatiore spiritu iter illaripiemus, ad eundem uerticem aduolabimus. Nihil est enim tam difficile, & arduum, quod non humana mens uincat, atq; in familiaritatem perduat assidua meditatio. Nulliq; sunt tā feri, suiq; iuris, affectus, ut non disciplina perdomentur. Quodcūq; impetravit animus, obtinuit. Vbi intenderis, in genū ulet. Rex Alexander generosi homo spiritus domitus orbem ad rupem ita sublimē uenit, ut ascendere se milites posse negarint, quō confugerant hostes muententes aduentum imperatoris. Legatos misit, qui uidenter, an se dedere Macedoni uellent. Illi ridesterunt Alexander uolare possit, interrogant. Nūdatū hoc regi est. Qui iniquo id animo ferens ad uitiorū suos accedit hisce uerbis: Nihil tam alte posuit natura, quō uirtus peruenire non queat. Nec multo post petram occupauit.

O pes debere contemni.

FALSO querūtur literis obesse egestatē, ne q; faile emergere, quibus res angustior sit. Cōtranihil uidetur accommodatus, nihil magis necessariū homini studioso, q; carētia pecuniae, cuius beneficio artes omnes inuēt & sunt, ut sāte Theocritus de Penia perscripsit. Proinde nō omnino dispiet, sententia illorū, qui magnā auri uim coniecerint in mare, nisi quod id ipsum nō dederint egētibus. Eodem eo ingenio sum, semper fui, & semper ero, ut

LIBER DE RATI. STVDII.

summam inopiam, q̄ summas opes malim. Metuerē enim ne perniāosa esca mētem occuparet meā, nēue tam uilis metalli cura studia dulassima ratione aliqua impeditret. Mediocre tamen modum ad uitā tuerādam, ne cōſſarium eſſe von pernēgo. Nec aurum contemno, sed magnas opes, quæ mentem à literis abduſcere queant. Ferē fit, ut bona animi corporis mala, rursus corporis bona, animi mala sint. Ergo sciant illi, qui genere, diuitijs, honorib⁹ insignes sunt ſeſe num q̄ aliquid memoratu dignū effecturos. Fieri poſt, ut opusculum non minima cum laude prodeat in luem, ſed ad ſummam illam gloriam perueniet nemo. Vidi plerosq; nobili ortos genere, qui ampla mercede cōductis präceptoribus optimas quasq; diſiplinas breuiſſimo tempore perdiſcebant. Verū eosdem haud multò poſt innenī duxiſſe uxorē, ales & re familiā, ſeruos, equos, canes. Id fecerat cupiditas perniāosa opum. Adde quod parentes fādlius tolentabunt te deū peierare ipsum, homini uitā adimere, q̄ si auri amor decreſcere uideatur. Et mihi ſepenuero obiectum eſt, in ijs me laborare rebus, quæ ad farinam non ita multum facerent.

Adfectandas eſſe ſtudioſo laudes.

MAGNUM futuræ uictoriae ſignū eſt cōmoueri laude, ſi pulchre gafferis quicq; at q; ſi ab alijs uel reprehendi te, uel ſuperari uideris, dolere, incēdiq; ad altiora. Si quidē, ut Ouid,

B ait,

IOAC. FORTII RING. ANT.

ait, non paruas animo gloria dat uires, & fœcunda facit pectora laudis amor. Igitur gloriæ studiosissimū esse adolescentē oportet, qui ad summa conabitur. Nihil enī video quid possit eruditio sine laudum cupiditate: laudū cupiditas, sine eruditione. Ita alterum alterius præsidio semper innititur.

Tribus maxime rebus sum: mā eruditio. nem posse comparari.

QVALIS esse debeat adolescens diximus. Nempe ut summa petat, ut amet labores, desperet nusq; cōtemnat opes, ut sit auditus laudis. Reliquū est uti doceamus, qua ipse uialiteras tractare feličiter queat, atq; ad magnā eruditiois gloriam contendere. Quemadmodum in Chao admonui tres potissimū in studiēdi modo gradus sunt, audire, doare, scribere. Et quō magis ignaua doleat multitudo, bonum & faile est audire: melius ac fas aliis doare: optimum & faillimum scribere. Partem heic primam ideo esse difficillimam iudicamus, quod nihil magis arduum sit, quam attente audire una hora professorem. Quum aliorum ego interesse lectioni solebam, singulas horas, singulos fore dies arbitrabar. Quoniam tedium, cogitationē liberā, ad uocem legentis cohibere. Verū quando aut docemus, aut scribimus, exeratatio ipsa omne austert tedium. Hac re perterriti adolescentes, quia & labores immensos in scholis pertulerūt, & operam in sequēs

L I B . D E R A T I . S T V D I I .

ſequentibus, hoc eſt, in docendo ac ſcribendo lōge fore grauiorē opinātur, literas inflices deſcrunt. Ad p̄ceptores itaq; pertinet pueros admonere, nihil eſſe moleſtius, q̄ id in quo uerſentur: reliqua omnia futura leuiora. De partibus his tribus ordine nou nullae loquemur, ſi prius aliquid de lectione ſolitaria tradiderimus.

D e ſolitaria lectione.

S O L I T A R I A lectione, qua oēs penē domū tabescunt, minime placet. Ea ſiquidē ut maxi mū faſtidiū, ita nullum propē fructū ad fert, et uehemener obtūdit ingenij uires. Porrò ſi legere quandoq; autore aliquem libeat, id cū alio fieri uelim. Mirabile enī ex alterius præſentia oritur iudicium. Adeo ut ſi adſit quifpiā, tanq; aptis oculis res ipſas introſpicere tr, ſi nemo, ſomniare duntaxat exiſtēmes.

D e audiendi modo.

S V N T qui dicant ſatis eſſe, ſi quotidie horis duabus alios audieris, atq; eadem domi diligēter repetas. Verū hi oīs expertes ratioīſ ſunt, bi mente carent. Duabus horis tepide audiēt pſſſ forem, uix illa domi inſpident, diem totū auferent luxus, ſomnus, tædiū, fabulæ. Quid hoc aliud eſt, q̄ hortari imperatorem orbis Alexandrū, uti domita uſpiā urbe, ibi hærcat, ea fruatur, eā coiat, deſideat illic perpetuo? Absit. Alter grassabimur. Non urbē, ſed Europā, Aphricā, Asiam: non portū ma-

B 2 ris, ſed

IOAC. FORTII. RING. ANT.

ris: sed Oceānū ipsum: non terre portiumculā, sed
mundū impetu petimus. Ignauia domi tabescat in
tenebris, fugiat labore, fugiat pericula, fugiat lu-
cēm, fugiat gloriā, fugiat imperium. Sed oī pigrum
animal, cui nihil inest cerebri, cuius oīa consilia ad
desidiam tendūt, remediū aliud accepe. Quicqđ di-
diceris, id protinus alios doceas. Sic et tua firmare,
et prodesse alijs potes. Desunt, qui te audiāt, quæ
ras oportet, ac etiā mercede cōducas uelim, si opus
sit, quibus easdem præceptiones possis inculcare.
Addocendi formam transeamus.

Deratione docendi.

HEIC etiā præcipit uulgas horas solū duas
debere impendi, aut unā potius, quò rē ac-
curatius possis explicare. Sed hæc præcepta
ignauiae sunt, hæc fugienda, heic spectāda inertia
uulgi. Aliud nos sentimus. Vbi in literarum iudia-
do promoueris non nihil, enitesc, ut per diem totū,
si fieri possit, doceas. Si nō ita in disaplinis omnia
bus uersatus sis si nō tantū opum congeffserit sedu-
litas, ut per multas id horas queas præstare, ea do-
ce, quæ noueris, eāqđ diuersis horis, alijs atqđ alij cō-
uenient inculcare. Ita nihil erit difficile, sic perpetuō
sine præmeditatione poteris p̄fiteri. Satis sit si mo-
do quispiā te audiat. Interea exeratio miram rerū
copiam tibi comparaueris. Vbi deces rem eandem
docueris, plus te senties profaſſe, q̄ si fugiens lucem
magno

LIB. DE RATI. STVDII.

Magnō te domi labore confidess. Per singulos dies duodecim docere horis solebā. Præterq; ipsas interim semel declamare, uel de deo, uel de mundo, aut thematibus alijs exercitationis causa. Nonnulli insanire me uocauerabātur, sed utinam sic ab incunte etate contigisset insanire. Tanti e go facultatē istā fādo, ut malim iudicium adolescentis, qui perpetuō docuisset etiā res humillimas, q̄ eius, q̄ solitaria domi lectione autores optimos perlegisset. Multa s̄epe legi, sed mensis unius intercedo memoriā ita deleuerat omnē, ut uix sārē quos legissim. At quae alios docui, ea tā mihi aperta sunt, q̄ digiti in manu aut corporis mēbra alia. Ea nō aliter, q̄ Solis splēdorē nubium caligine depulsa ante oculos hærere sentio. Horum cognitionem firmā esse, ærtam esse, frugēm q̄ proferre amplissimā experimēto cōpēri. Horū memoriā uix morte credā extingui posse. Cæterū nolumus indoctos protinus publice autore profiteri, id enī furori esset simile: sed domi docēat aut puerū unū, aut duos, aut tres, donec maiore digni theatro fuerint. Quod si mihi filius esset, huic ita studiū instituerē. Quām primū etiā in ipsis sermonis Latini, seu Græci elementis uerbū unū à præceptorē didiāset, id extēplo alios doceret. Professo rē agricolæ haud in cōmodē possecō ferri opinor. Illi siquidē munus prælegēdi, qđ alteri semētis est. Illi iudiciū, & cognitione rerū, quod alteri meſsis.

B ; Docē

IOAC. FORTII. RING. ANT.

Docendi munus ob leuem causam nō

debere intermitti.

INTER docendum nō raro ussu enict, ut munus te aptum ad futurā lectionem sentias. Id fit ob uarias cogitationes, et studiadiuersa, quibus domini fueris deditus. Plerique id præsentientes significari resolent se non esse lecturos. Verū hi in docendo famā magis, & gloriā spectant: q̄ cruditionē, quae paratur exeratio. Porro rectius hac ratione p̄ficrē eadē poteris. Quoquo modo adfectū te esse senseris siue p̄ noctē totam uiglaris, siue altior cogitatio in p̄quirēdis naturæ arcanis mentē impedit tuā, ad exerdiū, ueluti ad messem currito. Præstantius est enī ē professione iudium solū, atq; fructum querere. Laudē uero spectare nūs q̄, yūsi i ſili gloria q̄ æterna esse debet. Nā quæ prælegeris audiēt pauā: quæ scripseris, ſæcula cūcta in tuebuntur. Duo tamē adferri possunt remedia, quibus uelox & xolox ex animo pellat. Alterum est, ut bene nutrias corpus, ambules, ludas, cō uiueris corpus uino impleas, ac alijs modis recrees mentē. Icirco nō nulli ante cōdonem int̄ gros uini cantharos spiritu uno exhauriūt. Alterū, ut multū dormias. Incredibile enī, q̄tum lucis, q̄tum alacritatis res ea adferrat animo. Somnū conciliari binis præcipue modis posse nemo est, q̄ ignoret: magna corporis fatigatione, ac usu pharmacorū, inter quæ primas tri
buunt

2

LIB. DE RATI. STVDII

buunt pauperi. Cæterū in uniuersum id præcipio
ut ea cōtemnas, quæ mollia sunt: ut manibus pedi-
busq; ad scopum, hoc est, formā bene scribendi per-
feraris. |Cave corpus alas, & impleas potu, quō
maiore cū gratia pronūties ea, quæ per horā unā
dictabis audientibus. Ne talenta tria abijdas, utre-
feras unū. Alioquis satius erat nihil doare.

In prælegendo uitari superstitutionem
debere.

VI autor errauit, hoc est, obscurè scripsit,
vibilectores maxime laborat in eruedo scru-
su. Quanq; id fortasse malū nō est, malim
tamē intereadisā, quod magis esset frugiferū. Præ-
staret igitur locū eū intactū relinquere, & admo-
nere obscurū esse. Quod uitiū est scriptoris. Etenī
non autorum scripta, aut uerba, sed artes quas tra-
dunt, perdisendae. Itaq; eprælectione fructum ma-
gis, q̄ gloriā quāre.

In docendo nihil cælandum esse.

PLeriq; libentius docere imperitos, q̄ doctos
solent. Metuunt enim si sua sic omnibus tra-
diderint, ne non sint alijs superiores. Sed hi
per fraudem solū, aut dissimulationem: non ui, non
aperte studere uināre. Quapropter si eruditus
quispiā me inuisat, nō occultabo ea, quæ assidua pe-
perit cōsuetudo, turpe enim id esse iudicarē. Verū
ultra ipsa prodā, tradanq; alteri ferrū, quo mesu-
peras

IOAC. FORTII RING. ANT.

perare possit, si uelit. Sic etenī alijs sē penumero in dicans studendi modū, ipse meliore semper inueniā quē exeratatio illa suggesteret docēti. Hoc pacto ap̄ta ui euadere uictores possumus. Nec, si ad summa niti uelim, aduersus unū hōiem aut alterū, quē esse eruditū putabo, arma sumā sed aduersus regiones oēs, aduersus tot secula post me uentura. Si magno īgitur aīo simus, conabimur efficere, ut nō unus solū uincatur à nobis: uerū ut nationes uniuersae succubant: ut secula nulla alere possint aliquē, q̄ cōdē sit peruerterus. Itaq; nemo existimet, me quicq; alios cēlare uelle. Quin potius p̄suadeat sibi, qcquid domi habemus, obuijs oībus patere spōte. Quicunq; nobiscū iter faciet, eandē habeāt mentē oportet.

Dedoēndi forma apud Peripateticos.

PRiūs, q̄ ad alia transeamus, de Peripateticis scholis nō nihil dicendū. Heic tria mihi cōsilia occurrūt nō admodū ijs infrugifera. Primum est, ut cauillatioēs, uel sophismata, hoc est, suppositi onū cōiecturas, at q; id genus deliramenta penitus abijāt. Quoniam nihil ad cōmunem loquēdi morē cōferūt, Nec aliud illorū esse argumentationes video, q̄ chartarū lusus, in qbus oīa ficta sunt. Fingūt enī in primæ formæ syllogismis themata cōuersa, siue præposteras oratiōes, quæ nūs q̄ reperiūtur. Fingūt lōge aliud esse: homo aīal nō est, q̄ homo nō est aīal. Hāc falsam esse; illā uera. Quæ tñ defferō

LIB. DE R ATI. STVDII

differētia nūsq; obseruatur. Iucundū forte uidetur uerborū, seu cōtextus uim exacte ītrōspicere. Sed cōmodius erat ijs, quorū nullus usus est, relictis, me liorā psequi, seruareq; Poëtā dictū. Ne qd nimis. Vītā quippe mortalibus breuē, ac artes inumeras natura conſit. Alterū est, uti illa, q; in Aristotele prælegūt adoleſcētibus, ocyus paulò absoluāt, ad diu ſemp rerū quas tradūt uſu. Meminerint pueris longū ſupēſſe iter, anteq; ad metā puenerit. Poſtremū, ut hæ ſcholæ nō Dialecticē modo, ac Physi cēn, queij duos, trēſue annoſtribuūt, doceant, uerū alia quoq; nō minus neceſſaria, elemēta græcæ lin- guæ, Rhetoricē, ac rationē ſcribēdi. Ut pueri, queſ admodū Fabius præcipit, nōnūq; declamēt, ppoſita to ſingulis mēſibus, autpræmio, aut honore aliquo illi, q; uiciffet. Si hūc docēdi modū haberēt, et uberi orē fortaffe referrēt fructū, et iuuentu rectius cōſulerent. Ad ſcribendū labores oēiſ, ac ſtu- dia reliqua referri debere.

Sequitur id, in quo curā oēm, oēm ſpē oēmu-
ſluptatē ponere debes, ſcribere ipsum. Hūc ſco-
pū ſemp habere in pectore ſtude. Huc cogitati-
ones, colloqa, labores, ſomnia, uigilias, memē, uale-
tudinē corporis, opes, deniq; q; cqd egeris, q; cqd audi-
eris, q; cqd uideris, referas neceſſe eſt. Vbi pueris
ad pueriora, putatē tamū p̄feſſe, quātū quotidie
ſcriperis. Etiā ſi natura facūdūſiſ, data ſp̄iloqua
C̄ris ſicō

IOAC. FORTII RING. ANT.

ris incōposito. Si diues, si forma eximi a præditus,
caue momētū tēporis hmōi rerū cogitatio, aut uo-
luptas auferat. Quoniam ferē fit, ut q̄ bene legūt, aut
loquūtur ornate, raro bene scribat. Dū enī rerū il-
larū uoluptate adfiaūt, iūperfectiores oportet
sint in altero. Nulla lectio mihi tātū est, ut cogitatio
nis aliqd illi uelim tribuere. Id nāq; me à scopo meo
auerteret. Id dico solū, qđ primū uenit in mentē, qđ
exeritatio longa mihi cōparauit. Etsi loquendū
esset cū uiris summis, etiā in cōetu maximo, ne uer-
bū qdem unū præmeditarer, tā libēs inepte, q̄ apte
scitētā exprimerē. Qđ si res maiore curā postula-
ret, talē rem, talē cōetu ueluti pectē fūgerē, ac stili a-
morē continerē in pectore. Ergo quicūq; gaudere
se sentit, quū magnificē quēq; salutarit, quū reāta-
rit elegāter euentū belli, is frustra è nostro cōtam-
ne laudem expectabit. Nō paucos Thrasones repe-
rias, q̄ quū aut falsē aut sāite aliqd dixerint, id plus
milies apud quosuis referat. Huiuscēmodi rebus ua-
ni hoīes occupātur. Vocatus ad conuiuiū ubi plures
ad fore putabis, quorū audire nugas deberes, ne ac-
cede. Satius esset corporis mēbrū amittere, q̄ cogita-
tionē per horas duas tā in manibus accōmodari fabu-
lis. Omnē enī corporis usum in gloriam hanc reor
expendendum. Caue itaq; ne aut sermonis gratia,
aut fabulæ otiosæ, aut cōēandi libido, scribendi a-
piditatem ullo pacto diminuat.

Quia

L I B . D E R A T I . S T V D I I .

Quibus signis cognoscatur illi, qui ad magnā
in scribendo gloriam peruenient.

AMoris istiusmodi certa sunt indicia. Quae
manifesta abūde erūt, ubi tres ardoris gra-
dus exposuero. Nō nulli qc̄ pdisēre apud
me studētes, eas statui horas uolūt, quas uel prādio
uel cœnæ nihil putēt offecluras. Hos ego ad rē p-
pēsos uocari possereor. Hos in infimo ordine collo-
co, ni fortasse uis alia excreuerit. Alij et cœnas &
prādia cōtemnūt. Hos propēsiores nomino. Terti-
um genus rarū est. Tales essent, q̄ cōtēnentes et lō-
gā uīā, et horrorē tenebrarū etiā media nocte uig-
lantē me acedere nō uereretur. Hos nō ppēsos, nō
mediocres, sed uiolētos appellauerim. Si talis quisq;
existeret, huic fortasse cederē, hūc putarē sine mo-
ra ad summa uelle penetrare. E medio genere mul-
tos reperio: è primo, plures: è tertio nullū. Ergo euē
tū ex uianimorū colligo. Quod experimentū hæc
me Græcorū sententia perdocuit, τῷ πόνῳ ἀποκ-
γίνεται τύχη, par est fortuna labori.

Quaratione uitare possis in scribēdo tædiū.

Si tædiū mentē à scribendo auerterit, hoc utere
remedio. Statue ac uoue uoluntate firma te eo
die nō cœnaturū, quo nō tot paginas, non tot
uersus, ut decreueras, scripseris. Quod si forte acti-
derit deliquere, tu tibi ignoscere noli, uolo cœna ca-
reas. Abstinere ab eo nō parum qñq; ad corporis

IOAC. FORTII RING. ANT.

ualetudinē fāit, & alacriorē reddit animū. Velsi
mauis, alia tibi interdiāre potes, quorū uoluptate
plus senseris te adfia. Quia diffiale scribere est, qā
tædiosum, qā paucis datū, ideo rē debes expetere.
Si facile esset, si obuiū oībus, quā hac industria lau-
dē posses cōequi? Certe nullā. E qđē ea sum natura
(nō gloriādi id caussa, sed aliorū exatādi. iōs diō)
ut petā nihil, qđ nō uidetur arduū. Si facile id esset,
nunq̄ me hercule scriberē. Mihī rē fuisse principio
laboriosam iudicabit, quiderit, quādo in ipsa cōpe
rim elaborare. Nā ante paucos annos nihil scripse-
rā unq̄, nisi forte quatuor aut quiq; paginas, si col-
ligas oīa, quā exercesti caussa cogebar ī ludo cōpo-
nere. Intra annos duos uix urā latine ep stūlā scri-
bebā. Tractabā nugas alias, q̄ nihil ad stilū cōferūt
ut paucis exponā. Circa decimū septimū etatis an-
nū aulā deserui. Didici Louanijs primū latinæ lin-
guæ rudimēta. Inde Aristotelis Dialecticen, ac Phy-
sicen, In qbus pædagogū habui Petru Curtiū: oī
literarū generē nō mediocriter eruditū. Sed dū dis-
aplinis hisce operā darē, adres ī anes mē:ē abduxī.
Principio modūscribēti aulicū pfitabar, quē habēt
in cōsilio imperatoris. Tanto pere me tū delctabāt
charakteres apte compositi, pulchri, ac uarij, ut
quindecim diuersas scribēdi formas collegerī, præ-
ter eā, quā Italicā nominamus. Postea relictis ijs im-
pingēdi arte grassari cœpi. Literas descripti ma-
iusculas

LIB. DE R ATI. ST VDII.

iusculas, nō simplici ductu linearū, ut vulgaris typō
rū species est, sed è frondiū, arboriū, ac rerū aliariū,
qualitera patet, ptractione. Sic apud me litera A
est magnitudine palmorū triū aut quatuor, quā ad
hūc cōposui modū. In dextera typi partefrōdes du
cūtūr uarijs distinctæ coloribus. In sinistra arbor ē
è cuius specu paulū infra uerticē puer ferā iacetē hu
mi nititur cōfigere. Sic pingebā mala, pyra, flores,
ac res alias. Post hæc sum aggressus artificiū celā
di picturas ī ære levigato cōuersa imagines forma
ut apposito atramēto cadē in chartis multis premi
posit. Inde apud me est species puellæ regiae orna
tæ gēmis, ac uestitu eximio, quā ī ærea tabula scul
pserā. Postea p annos aliquot et didia et publicæ p
fessus sum Arithmeticien, Astronomiā et Græcā lin
guā. Postremò animū adieci ad uarā latine ac poli
te scrivēdi, cuius gloria inter humanos conatus oīs
summū tenere locū u. detur. In hac finire uitā decre
ui. Hæc ideo recēso, ne inuēta desperet usq; saatq;
hoī nihil esse arduū, si conatus nō defuerit. Mitto li
tes, quæ p biēniū mihi fuere in iudicio, dñ opa dare
tur artibus. Mitto occupatiōes alias, quas longū es
set hic enarrare. Sed relictā uanitate ad rē eamus.
Sic te ipsum inātabis Aterū est, qđ ego facio, ut ali
os queras, qui te inātēt, hoc modo. Dic chalogra
phis parēscē, librū te dare uelle excudēdū, etiā si
ne paginā quidē paraueris. Tū facile totā uolumina

IOAC. FORTII RING. ANT.

nis specie aīo cōāpere, iāde singulas parteis leui-
ter in comoediarū argumēti modū describere: denē
q; quotidie, q̄tum illis satis erit, absoluere poteris.
Quū sic incēperis aliqd, p̄ficiere debes uelis, nolis:
Id ego in oībus penē libris fea. Sed quāratione in
frādicā. Nec nūc in mea esse manu puto. ante præ-
lū integrū absoluere librū. Faallimē scribo paulatā
dū quotidie typographus suā exigit chartas. Ma-
lim sic quinquaginta ædere libros, q̄ ratione alia
annū. Quod Horatius inq̄t scripta in nonū seruari
annū de bere, de comoedijs id, ubi plura paulo seruā
da sunt, dictū esse reor. Deinde uerba sunt Horatiij
hoc est, hoīs nō dei. Alijs aliud iudiciū. Sed ne tale
qc̄q̄ audeas, nisi in care, quā scribere tētabis satis
sis uersatus. Alioq̄ oīm dignus risueris. Cæterum
istud cōsiliū esse, nō præceptū uolo, præserti illis, q̄
parua petāt, q̄ nō terre regnū totius. sed urbē solū
unā querūt. Nō c̄i disipliæ tæditionē premi, quō cō-
mēdator liber exeat. Mora tñ aliqd habet incōmo-
di. Hoīem facit trāquillū, desidē, otiosum, ignauū,
somnolētū. Et nesao quā adferat sup̄stionē, dū diſi-
mulat quēdā, dū rogari uult, ut librū emittat. Cer-
te aīus, q̄ grassari uelit, nūsq̄ patiēs moræ sit. Expe-
ctet ita mediocres, q̄bus satis est, si ante uitæ finē q̄
dā ædiderint nō minima cū laude. At i perator ille,
cuius uirtus p̄ oē æuū eminebit i exalso uertice, nū
di nonū ne expectet annū. Quin potius orbe uniu-
uersum

L I B . D E R A T I O . S T U D I I .

versum horæ intersticio utrius sibi conabitur subiungare. Adde qd' nonnulli maiore cū gratia, decoro, dignitate scribere quicq; atq; possunt, q; alij tarde. Studiosus itaq; hic sequatur, qd' uidebitur melius. Sua cuiq; sententia. Verū tu q; summa petis, semp fuge morā. Pleriq; quicqd' inueniūt apud Ciceronē, Fabiū, ac similes autores ueteres, in ore semp plegibus habēt. Hi et se ignorāthomines esse, et iudiciorū nullo rationis utūtūr. Horatius uoluit temere nihil vulgandū esse. Si quicq; tentaris pferre in lucē mediocri scriptū aura, quoscūq; uideris, antilenā cādē occinet, differri aēditionē debere.

Quem in aēdendis libris scribendi modum
nos habeamus.

Diximus librū à nobis perfici nullū nisi dum à typographo exadatur. Cæterum nolo ideo quisq; temere oīa, et sine cura effundē clamet. Quovācū ut vulgi opinione hanc diluere, et studiosis nō mediocrē adferre frugē inuentione nostra possimus, exponetur, quam in operibus aēdendis seruare seriē consueuimus. Ante oīa animo conāpīo totum corpus operis futuri. Deinde in tabula lignea maxime amplitudinis rubrica, uel alio modo titulos solum capitū delinio. Circunspicādo num cuncta bene cohæreāt. Si uidetur, alios addo, aufero, muto, transpono. Titulorum capita, dum ex cogitatio recēs est, rudi oratione leuiter singula insimā

IOAC. FORTII RING. ANT.

in singulis chartis depingo, suppositis titulis. Eas
chartas ordine pono in eadē tabula, ubi titulos pri-
us colloca rā. Deniq; eosdē titulos super chartas ma-
gnis scribo typis, ut ordo libri uniuersus aspectu
uno posset comprehendē. Nō aliter me paro ante, q̄
librū in apio emittere. Tum singulis diebus capita
aliqua it ad prælū absolu, ad hunc modū. Illis, quæ
pri:as leuiter descripsrā in chartis addo aliqd, uel
adimo. Inde quū materie deesse nihil, aut redunda-
re uideo, animū conuerto ad elocationē. Quā parti-
bus ego quatuor absolu. Primū enī si res tracte-
tur magnifica, caueo ne particula usquā iacet humili
infra dignitatē orationis. Ea levare sursum potest,
aut περιφέσσω forma, aut uerborum contextu
immutato, aut ratione quapiā alia. Ut si forte offen-
dā: Homo ad oīa peruenit, indagauit regiones ter-
ræ. Aliter scribo: Hominis cura, quò nō aspirauit?
Item: Terrarū terræ lustratæ omnes, Ut in libro de
homine habemus arca operis initium. Contra si in
structura humili inflatū reperio quicq;, quod præ
cæteris partibus numiū extumescat, id per uia ean-
dē, per eosdē gradus detracto regio habitu, demito
ad humiliora. Tum etiā uideo ne uerbū idē, aut syl-
laba, si fieri possit, bis ponatur: nisi forte repetitio-
nis habeat colorē, hoc est, nisi insignis sit ἀνάφορα
Sed miseri nos non voces omnes semper uidemus,
quæ elegantius possent immutari. Ita Pomponius

Mela

L I B . D E R A T I O . S T U D I I .

Mela in hac re diligentissimus censor non perfec-
xit, quod in præfationis suæ medio, bis posuerit au-
tem. Et loco maiestas quædam accederet, si utrumq;
tolleretur. Ad hæc do operam, ut numerorū gratia,
sive concensus cohæreat, uel per oēs periodi par-
tes, si tersius quicq; scribere coner, uel saltem in fine.
Vbi oratio desinet, quæro spondeos, irochæos, epi-
tritos quartos, πατιώνα secundos, tertios, sed per
uiaßitudinē. Præter hæc postremo loco uideo, nū
multi sint fines sententiarū, qui pedes eos dē habeāt.
In suaue enī quiddā est periodos tres, seu quatuor
eundem habere πατιώνα epitrītū, aut aliū quem-
piam orationis exitum. In pedū concantu omnem
propemodū elegantiā pono. Sed maxima heic ua-
rietas exquiritur. Proinde maiorē multò tū landē,
tum occasionē ostendande doctrinæ consequeris, si
ita occulto nexu orationem uinxeris, q; si scripsieris
carmē. Illic nanq; uarictatē, qua ipsa in primis na-
tura gaudet: heic unū duntaxat florū genus profer-
re potes. Singulas quatuor partū modis item qua-
tuor perficio: uocū aliquarū additione, detractio-
ne, immutatione, transpositione. Quod ad eundem
penè modū nō illepide exprimūt uersus,
D extra tenet ferrum, uacuan tenet altera cæram.
Incepit, & dubitat, scribit, damnatq; tabellas,
Et notat, & delet, mutat, culpatq; probatq;.
Inq; uicem sumptas ponit positasq; resumit.

P Hisæ

JOAC. FORTII RING. ANT.

Hic limis orationē politā, ac deinde scriptā ordi-
dine mitto ad chalographum. Ceterū id neminē
latere arbitror, non omnes libros eandē diligentiā
requirere. Deinde à nobis plus operæ uni impen-
di, q̄ alteri, etiā ex industria. Deniq; aliās ad stilum
aptiores nos esse, ac omnia sponte proflucere, aliās
uero nō nisi labore, atq; longa cogitatione quicquā
posse comparari. Quia tedium est ita orationē
limare, polire, perficiare, ideo magni uidetur labo-
ris librū totū absoluere. Quare failius multo per
particulas id effido.

De puerorū exeritatione in scribendo.

Scribere esse tedium suprà memorauimus,
Ex arte animos debere inatari. Proinde felices
pueros uoco, qui præceptorū plagi coguntur
ad scribendū. Ceterū ipsos ijdē admonere deberet,
ut quicquid scripserint, ueluti gemmas seruēt infu-
turū stili usum. Etenī quamuis in scriptis hisce ele-
gantia nulla apparet, semper tamen quū enüttere
librū uolent, aut uerbū aptū, aut sensum aliquem
commodū inuenient, qui ad libri structurā faciat.
Nec satis est ad seruandū flagris miserā cogere iu-
uentutē, sed illorū indicare est. quas olim commodi-
tates ex ijs possint consequi. Deinde q̄ primū epis-
tola compoūscent, demonstrare, in quos locos com-
munes particulae omnes essent digerendae. Ut si pul-
chre quid de deo, de homine, de mundo, de animaliū

LIB. DE RATIO. STVDII.

natura scripserint, id pertinere ad locum deo, de homine, de mundo, de natura animalium, ibi; dum memoria reces sit, continuo esse notandum. Hec forte studiorum ratio maioribus solu conducere uideatur. Quare etiam non conferat aliis, quando nihil exagitari utilius possit? Satius est circa delectum illis temere oia inculcari. Seruēt, ab ijs quicquid uelint, quid hoc huius literatores? Quam facile iuuenta ad maxima quaeque peruenires, si superuacuum nihil traducatur? Sed ferè fit, ut præceptores ipsi uix sciant, quod communes loqui sint. Sic cœcos cœducuntur.

In pueris magnam esse spem perueniendi
ad summa.

AD hanc uictoriā, quis aptior erit, q̄ ille, qui à primis annis optimis quibusq; literis imbutus est? Cui res nullæ faetus pulcherri-
mū impeditur? Felix puer, cui molles articuli, rubi-
cundæ genæ, flos etatis, spes longa annorum. Vel in-
felix potius, quod optimos dies tā imprudenter ab-
iijat. O utinā mihi ad primos redire annos licet.
O utinā conuerso rerū ordine rursus inter pueros
humi sedere, præceptoris audire præcepta, eiusq;
dulcis ferre plagas daretur. Sed frustra queror, fru-
stra mea hæc uota fluunt, frustra cadunt lachrymæ.
Actas abiit redditura nunq;. Tametsi annū nūc solu
trigesimum ago, spem tamē ademit calculi morbus,
qui soliditudine assidua, ac dolore adficiat mentem.

D 2 Quod

IOAC. FORTII RING. ANT.

Quodigitar restat cum Alexandro, non annos, sed
uictorias numerabo. Idem conentur, quibus melior
uita pars sine fructu exacta est. O pueri, qui grandi
cœtu itis ad ludum, si mens uobis esset, quam habebi
tis proœctiores, si temporis uobis esset cura, si uos
in literis graffari uelletis, tanta præsentे spe æui fu-
turi, per immortales deos id certò saio, cō uos posse do-
ctrinæ uenire, ut nō homines, sed diuos uideretur ter-
ra genuisse. Eò uos duere tempus posset, unde Græ-
ca omnes Latiniq; literarum præsides pueri uideren-
tur. O utinam mihi hic flos rediret. Que spes ardo-
rem, quo pectus feruet, ad altissima quæq; impelle-
ret? Certe ego maiora multò, q mundus ipse est, ani-
mo agitarem. Sed tempus dum querimur præterijs
se, præterit. Sudorem repele mens anhela, perge ad
uictoriā. Præcepis in media pericula ruc, uincere oia
labor improbus potest.

Cauendum esse ne momentum temporis
sine fructu abeat.

TRADIDIMVS modum audiendi, doce-
ndi, scribendi, quæ tres præcipue in studij ratio-
ne partes sunt. Ante eas memoriae quædam
dedimus ad triplicem illum gradū ad prime necessa-
ria, & sine quibus frustra quicq; tētaueris. Pari for-
ma præceptiones quasdā heic ponemus, quæ ad par-
tum perfectionem carundem adiumenti plurimum
adferent. Ad summa perueriet nemo, nisi tempore,

L I B . D E R A T I . S T V D I I .

quo nihil esse fugacius constat, prudenter utatur: nisi
momento omni captet, quod ad futuram gloriam nō
nihil conferat emolumēti. Hic cōsilia duo trademus.
Quum cubitum is, tabulas cratas, uel lapides ha-
be, aut membranas. In his somno intermissio notare
poteris, quae libebit, ac luce diurna melioribus typis
rescribere. Basdem trcum arcūfer semper, ut quum
in mentem aut uenusta uerborū connexio, aut rerū
obseruatio ulla incederit, scribere ipsam in ijs queas.
Bonam partem libri huius die quodam postquam
iuissim cubitum in tenebris scripsi, quum somnus me
ob caluli dolorem relinqueret, idq; quando Sol ad-
uersa nobis figeret uel stigia nocte uagante in medio
coelo. Quir enim non utar Vraniæ uerbis, quū sese
sponte offerunt? quum stilum trahit dulcis cœlestiū
rerum memoria. Ni refugis, subiungam plura. Vitæ
domum obtinebat sæui pectus Orionis cum Gemi-
nis, et Eridano. Opum, Sirius, Procyon, Cæter, Fra-
trum, Canopus, Anguis caput, os Leonis. Sol, pa-
rentum. Sobolis, Coruus, cum Centauro. Fera, mor-
borum. Arcturus matrimonij. Mortis Hercules. Re-
ligionis, adens Cynosura, Draco, Cycnus, Telum.
καφεωρ altus, actionum. Vbi et Pegasus heret
æstum fugiens Phœbi aduersi. Proxima ora Medu-
sa uultum, ac Capram Oleniam intuebatur. Deniq;
Cœti, Tauri, Pleiadum atq; Hoedorum similiachris
pars mundi postrema cœsserat. Nos spectabant

D ; Phœno,

IOAC. FORTII RING. ANT.

Phænon, ac Gradius: errates reliqui ævitix? bovolis
 Nimium digredimur. Quò memorem abduat imago
 mira rerum! Sed iure ista commemoramus. Fides
 mundi est admiratione maiore digna, si locus patet.
 Hic cœlis situs erat, quū opus auspicabar. Ho-
 roscopi formam tui Roma contemplata es, aliarum
 alijs rerum: quir huius originem libri nos pudeat in-
 quirere? Si locum uestigas, à bruma abest sextante
 orbis, cum semundā: bimis propè horis ab occasu.
 Nunc ad rem. Deerat lumen, uerum huiusmodi ha-
 beo tabulas, quibus ctiam in tenebris utor. Altera de
 temporis parsimonia præceptio hæc est. Si qui te ac
 cesserint, qui res uanas, quæ nihil ad artes facere uidē-
 dentur, proferant fugere repente ad studia tua. Satius
 est, ut illi tuam mirentur impudentiam, q̄ tibi pereat
 tempus. Illud enī unus aut alter, hoc tota sentiet po-
 steritas. Adolescentibus anni supersunt admodum
 paua, forte decim, duodeim, aut uiginti, uerum ipsi
 tamē sic studia instituūt, tanq; annis mille sint uicturi

Ne nimio somno depere at tempus.

FIT quandoq; ut plusq; satis est dormias. Hic
 anx e cauendum ne horas somnus auferat nō
 necessarius corpori. Itaq; aut horologū habe-
 to, quod pulsu, quum uoles, te possit exattare. Aut
 quod sepe ego in itinere sed, siue locis alijs, ubi iſtru-
 menta eiusmodi defuere, robora seu ligna per trans-
 uersum lateri supponito. Ea namq; principio nō sen-

L I B . D E R A T I . S T V D I I .

etles, et post horas aliquot durit te magis, q̄ prius pre-
mente membra sponte exataberis. Arduum id for-
tasse uidetur, at arduū est, qc̄quid cōduat ad uirtutē.

Accurate notandum esse, si quid per
diem profecēris.

ID quoq; pūtile fuerit, ante somnū notare, que
aunc; luce ea peracta sunt hoc modo. Iouis die
primo Martij uiginti in Cicerone paginas per
legi, decem in Plinio. Horis tribus alios docui. Octo
ginta uersus aut paginas quinq; in stili exeratio p-
scripsi. Quanto pluris feceris exiguum eruditio-
nis prouentum, tanto ad altiora doctrinae fastigia es
euasurus. Qui uiliissimos quoq; nummos admuran-
tur, intuentur crebrò, et seruant accurate, ad summas
ſæpenumero diuittas perueniūt. Cōtrà q ipsos cōtē-
nunt, reijaint, ac uiles putant, tales ad extremā ple-
runq; redactos egestatem uidemus. Pari modo si qs
optarit sudorum metam bene scribere, discat mirari
bene scripti, discat gaudere, si uel noīa duo coniun-
xerit uenuste. Illa seruet maiore aura, q̄ aurū, q̄ gem-
mas, q̄ opes. Evidem in libris excadēdis, quum ſpe-
cioſum aliquem uocū contextum, aut uerba duo or-
nata muenio, letitia exulto maiore, q̄ si aureū repe-
rifissim. Tum dulce gaudium pectus implet. Ea mihi
mens est, atq; uti ſpero ad uitæ exitū permanebit, ut
pro ſingulis uocabus nitidis, ſignificantibus, apposi-
tis ſingulos recipere aureos nolim, etiam ſi ſumma me-

IOAC. FORTII RING. ANT.

premeret inopia. Malo dictione esse decorā, aut uo-
ces duas cōmissas apte, aut splendide dictum aliquid
in opusculis meis, q̄ aureum in manibus. Illud nang
imperatorem anum uoluptate incredibili adficiat;
hoc uitiorū fomes est, hoc ad corpus solū, et luxū spe-
ctat. Illud perpetuò meum erit: hoc ad breue tēpū.

Pudorem, famam uanam, atq; id genus su-
perstitiones esse contemnendas.

PLERIQ; quum dubitant usq; accedere pro-
fessorem uerentur, retinenturq; pudore. Cog-
tant qua fronte illius pulsare fōres auderent,
cum quo nulla extitisset neceſtudo. Sic secū delibe-
rant per dies multos. Illis nō momentum, non hora,
non dies, sed uita ipsa, et spes oīs defluit supersticio-
ne. Tales igitur quam primum dubitauerint, profes-
sorem accēdant, interrogent libere. Quod si is dedi-
gnabitur respondere, currendum ad alios. Nihil re-
fert, quis nam ille sit, cuius ope opes nostrāe augean-
tur. Nec cogitent: Si rogabimus illos, deādet nonni-
hil existimationi, mirabuntur h̄ec ignorari. Memi-
nerint potius nullam spectandam gloriam esse, ni ad
finem laborum peruererint.

De exeratio corporis.

Longa quicq; eneruat corpus, et calidū parit,
ideo præcepere, ut studiosi quandoq; ærcum
globum manu agitent, torqueant q; ad fatiga-
tionem. Verum hoc exeratum non nihil auferit tem-
poris

LIBER DE RATI. STVDII.

poris. Modū igitur aliū excogitaui. In uestibus int̄erioribus aliquando consuo plumbū dissectum in minutis laminas, tanti ponderis, ut utraq; manu universam leuare molem uix possim. Has induo mane, has robur corporis commode sustentat. Cauco tamē, ne inferior spinæ pars plus & quo prematur. Id factio ad octo ferè dies, donec & stū laboris nimium mēbra accendūtur. Sed pōdus dictū paulatim augetur, ac minuitur. Repentina nanq; mutatio, lædere non parū naturam solet. Factio quemadmodum Milo, qui quo fidie uitulum ferre solitus, tandem gestauit taurum. Hac ratione tempore eodem & scribo, & firmo ualitudinē. Sic reuera sum armatus, ut in libri exordio descripsimus. Nec deceret, quod tanto clamore, alios ad dura excitarem, mollia querens ipse. Non erit post principia, qui primum se urbes expugnatūrum esse confessus est, modo uita supersit. Animus quis q; sumat, hæc belli ratio & summa quærit, & summe est honesta.

Quandoq; quiescendum esse.

Quis sacerdotib; subinde, seu lusibus uires recreas re licebit. Quippe omnes in ore sententiā habent, quod requie alterna caret, durare nō posse. Interim eam admitti uelim, sed alterna ne sit, tametsi præscriptum sit a poëta. Ceterū hic etiam querendum aliquid, quod ad uictoriam conferat. Quapropter ut fortis & gnauis miles pugnat ad palum, id-

IO AC. FORTII RING. ANT.

culatur ad scopū, torquet fundā, vibrat hastā, de certat
palē stra, cōcurrīt lācēis, armatus in equū insilit, de
niq; sic feriatur à belli munijs, ut ad ea redeat uegetia
or: ita adolescēslusum capit, quo eō menē reficiere,
et iuuare doctrinā queat. Quāle est, si inter ambu-
landū de literis disceptatio sit. Si in pratis amoēnis
themate proposito alterū alter conetur superare Sic
uterq; nō mediocriter inātabitur ad laborē, uellau-
de uel ignominia. Mutandū esse subinde locū.

Quo uigilantiore spiritu, et artium discere
præceptioñes, et docere alios, et scribere
possis, locū mutare interdū oportebit. Sē-
per enim deprehendes aliquid, quod ante nūsq; uide-
ris. Pleriq; manere satius ducunt, quod non sine pe-
rialo, et grandis sumptu, et iactura tēporis graui-
ter facere licet. Verum plus tamen ex huiusmodi
peregrinatione compendij, quam dispendij compa-
raueris. Quippe animus et uarietate mirū excitatur
et sēpē numero rerum conspectu nouarum permo-
tus efficiat ea, quae domi nunq; agitasset. Quid enī au-
deat ille, qui in codem semper loco hāret? Si meū au-
dire iudicāum libet, sensis ferē mensibus, aut singulis
annis urbē quēres aliā. Curas omneis, quae hunc
impedire morem possint abdicabis.

Quos secum libros uehere debeat studio-
sus, qui mutabit locum.

LIBER DE R ATI. STVDII.

Qui alium petere locū decreuit, et longā ingredi viā, libros secū conferat solū, in quibus diligētr̄ res aliquas notauerit. Quod in uolumine duæ tantū trésue paginæ notatæ sint, eas è libro eximat, reliquū uendat. Nec sit adeò soridus, ut exigua iactura rei conatū remoretur. Cogitat semp̄, si ad summa peruererit, nō defuturas opes. Superiore anno Basileā profecturus è nouo opere Pliniū secūdum librū à me notatū excādebā, ut meū ferre. Amicus interueniens me nō esse mentis sane opinabatur. Sic tractavi libros complures, semperq; faciā quom postularit occasio. Tā et si mihi essent: noui codices Ciceronis, Platonis, Demosthenis grandi comparati ære, omnes tamen paginas erumperem, in quibus satu dignum aliquid scripsisse, quando esset proficiēndū. Ob duas causas id facio. Quod in illis fixa memoria sit, et quod scripta ea nonnihil conduōre queant ad stilum. Qui hoc mirantur, mirantur ijdem, quur in terram agricole abijdant seamen, ut cum fœnore plura recipiant. Nobis certior multò q̄ rusticis spes est rerum maximarum, si uixerimus. In hunc modum iter faciam ad uarias hominum nationes, noua dispendi gratia. Idem faciet, qui mecum proficiēntur, si meum sequi consilium uelint. Librorum ingentem ubiq; reperiemus copiā. In itinere autem cogitatione utenur, et mentis uis noui semper aliquid parturiet.

IOAC. FORTII RING. ANT.

Studioſos debere eſſe liberos.

HAUD fadē emēgunt, qui conducti ſi-
pendio, uel pueros priuatim iſtituit, uel pu-
blic in academia non omnino cœlebri profitē-
tur diſiplinas ad ſpatium anni, duorum uel apud
typographos ſcriptores emēdant. Caſſe mihi iſtē
uidentur. Quod hi non magno uideātur animo, nec
amplius tendere ad altiora, qui hmo iſtrebus poſſunt
detineri. M co iudicō p cāpos apertos laxis habenis
quaancq; fortuna monſtraret iter, tendendum erat
ad ſcopum. Altera, quod ex ea tranquillitate ſocor-
dia quēdam exiſtit, quæ perſuadeat nobis deſiderari
nihil, quod ad triumphi nomen faciat. Itaq; ò iuuen-
tæ illuſtre robur, cotemptis et ſtipendijs, et illece-
bris cunctis, quæ horæ interſtitii unius poſſint im-
pedire, petamus ſedem, quò mortalium nemo unquā
aſpirauit. Ante mori certum ſit, q ulli cedere mortali-
um. Victoria in manu eſt. Sicut leo atius ſæuit in ui-
rum q foemina m, pueros non niſi ſumma fame coa-
ctus attingit: ita et nobis leonū more maxima que-
q; maximo arripienda ſudore ſunt. Fulminis modo,
ad ea feremur, quæ poſamus. Sermones omnes, non
niſi conitru iectus erunt. Mens momento orbem to-
tum peragrabit. Quid acerius mente! Manū uſus
corporis q; motiones globos emissos puluere accēſo
imitabuntur. Vix eſſe credam cœli uolatum uehemē-
tis noſt rā condatiōrem. Tu ignaua Græda nōper,

LIB. DE R ATI. SVTDII.

petuum dabitur de ænniū Troiæ, primo impetu om-
ni ruerent. Etiam mundo egredi faile est, si pauidum
animal tentauerit, si semel tantum fecerit periculum.
Non arbitremur deos esse, qui solertia mediocri sum-
ma habentus occupauere. Quorum admiratio ita
œpit posteros, ut uix quisquam sequi eodem conten-
derit. Non prisorum eleuare decus, uerum ad ma-
jora alios impellere conamur.

F I N I S.

EIVSDEM IOA. FORTII

Ring. in librum suum de ratione stu-

dij annotationes.

In hac finire uitam decreui) Heic obiecere non
nulli uitam potius honestam debere esse finem.
Hi mihi non recte uidentur ratioanari. Nam fieri
potest, ut aliquis probe uiuat, & sit eruditus. Nec
credo ullam esse occupationem, quæ magis ab illis
adfectibus hominem abducat, quam studia lite-
rarum. Mirum dictu quātum uitiorum è pectore
humano tollat luxus opumq; contemptio, quam ne-
cessariam heic esse diximus. Ad maxima quæq;
peruenires) apostrophe ad pueros. Quū Sol ad
uersa nobis figeret uestigia) Sermo est de media no-
cte. Tūc enim Sol est in parte acriuli meridiani, quæ
nobis perpetuò sub terra occultatur, supra caput An-

IOAC. FORTII RING. ANT.

tichthonum. Nocte uagante in medio cœlo)
Nox aliud nihil, nisi terræ umbra est, quæ surgente
Sole occidit, oritur occidet. Hæc media nocte nobis
est altissima in ea pte, quæ media est iter ortū et oca-
sum. Vitæ domum) Heic describitur horoscopus
libri de ratione studij, hoc est, situs, seu fædes cœli,
quæ erat prima media nocte in Augusto anni milles-
imi quingentesimi uigesimi noni. Quò per apices
possit duodecim cœli domus sunt. Quarum prima
significat uiuim: secunda opes: tertha frates: quarta
parentes: quinta prolem: sexta morbos: septima ma-
trimoniū & nuptias: octaua mortē: nona religiones
& peregrinationes: deama actiones: undéama ami-
cos: duodecim inimicos. De his plura in institutionibus
nostris Astronomicis. Sol parentū) Sol semper me-
dia nocte est in principio domus quartæ, siue domus
parentum. Pars mundi postrema) id est, duode-
cima domus, quæ ultima est. Nos spectabāt Phæ-
non) in nostro hemispherio erant. Si locum
hoc est, urbem, in qua librum de studij ratione per-
scripserim. A bruma) à aurolo Capricorni.
Sextante orbis) hoc est duobus signis. Cum
semundia) Semundia mundi quindecim continet gra-
dus. Bimis prope horis) hoc est, propemodum
triginta gradus, quia inter orientem & occidentem
transitus quindecim graduum cœli unam efficiat ho-
ram. Ab occasu) ab insulis Fortunatis, ubi occi-
dens

L I B . D E R A T I . S T V D I I .

dens terræ totius colloatur. Qui primum se ura
bes expugnaturum). Allusio ad Terentij dictum:
Primum ædes expugnabo.

F I N I S



$\sim 1 \text{ cm}^2/\text{s}$